

Sparti indicat: eandem duriorem, nigra Spartopolios, Plinius. Agricola hos lapides nihil ab Amianto differre putat. Sunt sanè fissiles quidam lapides, quos Amenti nomine pharmaco polæ vocitant: qui & fissili rectaçō & densa exilium fibrarum specie, & colore cauo splendidoçō capillos senū præ se ferunt.

*DE ARBORIBVS E A-  
rumq; partibus, & rerum fossilium cum  
eis affinitate. Cap. IX.*

**N**Emorum similitudinem exprimit Achates, (Plinio etiam teste) & Marmor viride, Agricola. Dendrites lapis ab arbore suum nomē est mutuatus: interpretantur autem Corallium. Vide Capite mox sequenti.

Dendrachates velut arbuscula insignis, Plinius lib. 37. cap. 10. Vbi Vista la exonerat ad læuam in littore Pucici sinus, &c. reperiuntur concreti bi-

Rr 3